UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Maximiliani Sandæi E Societate Jesu Doct. Theol. & Herbipoli Profess. Commentatio Academica, De Donario Cordis Revmi & Illmi Julii, Episcopi Herbipolensis, Franciæ Orientalis Dvcis, S. R. I. ...

Sandaeus, Maximilianus

Herbipoli, M.DC.XVIII.

Ampl[issi]mis & Nobil[issi]mis Valentino Phil. Christophoro, Joan Theodorico, Echteræ Familiæ Proceribus Maximilianus Sandævs S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69134

Visual Library

AMPL^{mis} & NOBIL^{mis}

VALENTINO
PHIL. CHRISTOPHORO,
JOAN. THEODORICO,

ECHTERÆ FAMILIÆ
Proceribus

MAXIMILIANUS
SANDÆVS
S. D.

IULIUM EPISCOPUM, Stirpis veſtrę alterum CONDITOREM, vt laudarem plenè

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pro meritis, in animũ inducere nunquam volui; quod, quæ fieri non poſſe iudico, ea ne in mentem veniant, imperare mihi ſoleam. Vt tamen aliquam vitæ illius partem, attingerem commẽtando funebris, vice, mihi perſuaderi haud ægrè ſum paſſus. Nimirum, & gaudebam, præclaros, ſapiẽtiſſimi Senis cogitatus hoc pacto vulgari, quod Reipublicæ, atque Eccleſiæ magnopere

perè intereſſe arbitrabar. & indignabar, Academiæ JULIANÆ beniuolo FUNDATORI, ac ſtudiorum Mæcenati fauentiſſimo, non poni ab Academico Monumẽtum gratitudinis. &, æquũ erat, vt SOCIETAS JESU, ſe benefactoris, in paucis eximij, memoriam, cum tumbâ non extuliſſe, teſtaretur. Addo, Maiorum Votis, an imperio? penes quos jubendi arbitrium, cui reluctari obnoxio impune

ſuit, vel integrum? Itaq. rogatus- juſſus, opere tumultuario, quod in his talibus ſolenne, nonnulla Commentationi ſubitaneæ, vt, vt ſub digitis naſcebantur, illigaui ſtylo, quæ linguâ deinde protuli. Eam, quia non diſplicuerat, cotidiano conuitio à me efflagitatam, in manus venire permitto, typis exſcriptam, non tam nomen inde ſperans, vel acuti, vel eruditi, (ſcilicet! hoc cacoëthes ſcabat religio-

ſam modeſtiam profeſ-
ſum) quàm obſequentis,
& grati. Quùr autem ve-
ſtris eam lemniſcatam ti-
tulis, prodire voluerim,
ille ſciſcitetur, qui JULI-
UM nobiliſſimæ ſtirpis
Echteræ fuiſſe Princi-
pem, vos, eiuſdem eſſe
Magnates, virtutum
Principalium hæ-
redes ignorat.
Valete.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN